

ADAGIALIA  
SACRA  
VETERIS ET NOVI  
TESTAMENTI:

COLLECTORE AC INTERPRETE,  
MARTINO DEL RIO ANTVERPIENSI,  
Societatis IESV Sacerdote, & S. Scripturæ publico  
SALMANTICÆ PROFESSORE.

*Editio secunda & accurata. Cum Indicibus necessariis.*

*Carmelitanus  
Jaurini*



*A*

LUGDVNI,  
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXIV. 5

Cum Priuilegio S. Cæsar. Maieft. & Christianiff. Franc. & Nauarr. Regis.

*proba menti valdè placet quod concupiscit, sed in aternâ pœnâ quod sibi modo est dulce, amarefcit.*

ADA.  
CXLIII

EX CAP. XXXIII. VER. I.

Homo  
Dei.*Homo Dei.*

E X P L I C V I supra, §. 29.

ADA.  
CXLIV.EX CAP. XXXIII. VER.  
XVII.*Cornua rhinocerotis cornua eius.*Cornua  
rhinocerotis  
cornua eius.  
Chal-  
dzus.

**H**EBRAICE קרני ראם קרני ad difficultas de voce קרני ad quam vocem attendens Chaldaeus accepit vt appellatiuum, reddens à facie fortissimi & excelsi; potuit etiam legisse R A M, potuit phrasim explicare voluisse; idem fecit Num. 23. 22. Lxx. vertunt vnicornem *unicornem*: & sic eos secutus noster vertit in Psalmis. Quaritur ergo quæ vera significatio vocis *Reem*? Res ambigua est, Rabbini dissentiant, vt & recentiores. Nec noster constans: nisi si, quod arbitror; cum Lxx. secutus, vnicornem vertit, nomen genericum ponat. Nam plura esse huiusmodi animalia, quibus altum & robustum in capite cornu vnicum, sciunt omnes. Quorum ferarum quia maxima & robustissima rhinoceros, ideo per antonomasiam Rhinoceros, aliquando dictus monoceros. Non vt species hæc diuersa, vna monocerotis propriè dicti (qui vnicornis vocari solet, & vnicornio) & altera rhinocerotis (qui dicitur vulgò *la bada*) confundantur: sed vt animal intelligamus robustum, cui robur sit in præduro, & excelfo cornu; quod

LXX

קרני  
Noster  
defensus  
quod ali-  
quando  
vertat vni-  
cornem.Monoc-  
eros, el  
vnicornio.  
Rhinoc-  
eros, la  
bada.

vtrique speciei probè conuenit. Certum verò, si cornua adspicias, longè diuersa esse vtiusque animalis. Monoceroti vnicum in summâ fronte est, non nigri coloris (hoc asini Indici proprium) sed subfului: duo vidi plusquam quinque pedalia, vnum in fano B. Dionysij prope Lutetiam, alterum in Munstebilzen in Brabantia: vtrūque in imo crassitudinis trium plus minùs digitorum, in conum vergens opere ferè striato. Colore alterum Rhinocerotis conuenit, multo crassius & breuius, vix bipedale, in summa nare sitū, vnde Græcum nomen: nisi malis ab Hebræis duabus vocibus formare cum nonnullis, קרני *Rimna* & קרא *kara*. Si vnum cornu Rhinocerotis: quomodo in plurali קרני *Reem* habetur? dici posset, sicut Cyclosum aut Arimasporum oculi dicuntur; non de vno Arimaspo vel Polyphemo, sed de pluribus collectiuè: sic duorum vel plurium rhinocerotum plura esse cornua. Sed quia noster interpret & Lxx. in singulari vererūt, dixerim potiùs ad geminum cornu respexisse, vnum & præcipuum in nari, alterum minus, sed & ipsum valdè validum, in colli ad scapulas extremo. Visa bellua superioribus annis Europæ Lusitanorum beneficio. De gemino cornu apud Martialem, crux fixa Grammaticis.

*Ille grauem gemino cornu sic extulit vsuum;  
lactat vt impositas taurus ad astra pilas.*

Quidam geminum cornu exponunt validum; quibus non assentior, non magis quàm si Cumani asini aurem geminam sic interpretarentur, quia crassa & magna. Vereor ne & Politiano mens geminam cum de tauri cornibus accepit.

Cornuum  
differen-  
tia.Rhinoc-  
eros vnde  
dictus.Cur in  
plurali.  
קרניMartialis  
lib 1. epi.  
10.Calderi-  
nus.Politia-  
nus.  
Rhinoc-  
erotus duo  
cornua.

pit.

pit. Grauem ait tauro futurum, cui sunt cornua gemina. Coactum & ineptum hoc Gésnerus pronunciat, & censet de utroque cornu rhinocerotisagi, quod nec Pausanias in Bœoticis nesciuit. Adde, utroque cornu non excepisse, sed extulisse, quia vim capitis adnifu humeri adiuuit. Plura si lubet apud Raderum nostrum reperies ad hoc epigramma. 22. perpende autem, an meritò hic luserit nuperus scriptor quem par fuisset rationes de vtro positas soluere: *vrum* tamen non rescribo pro *vrso*. Illud Eucherij de gemino in nari cornu, falsum sciunt quotquot rhinocerotem viderunt. Duo cornua habet situ quem Pausanias prodidit. Falluntur etiam qui minus sub maiori statuunt. Quoniam minus illud maiori componi non meretur, ideò præter Pausaniam, ceteri veteres illud omiserunt. & Tertullianus contra Praxeam, vocauit *rhinocerotem unicornem*. Maius ita celebrat Oppianus lib. 2. de venat.

Gésnerus.

Pausanias.

Raderus.

Eucherius.

Tertullianus. Cur Plinius, Ælianus, Solinus, Strabo vnicu cornu meminerunt. Oppianus.

-- *Paulum autem super summum nasum*

*Attollit cornu saxum, acutum, acrocem gladium:*

*Illo es perforavit impetu facto,*

*Feriens durumq, diuiserit saxum.*

Ita Turnebus vertit. Addit Oppianus, nullas in hoc genere fœminas visas, omnes esse mares. Id si verum, casti calibatus typus sit rhinoceros. Rabbinij, qui cum bubalo confundunt, bubalinæ carni (qua digni) lolium adiiciant, quo victitant.

Rhinoceros typus castitatis Rabbinij

Adag Rhinocerosis nasus.

Prophani scriptores hominibus illusoribus & dicacibus, qui naso ceteros adunco suspendunt, tribuunt *nasum rhinocerotis*. Martialis lib. 1.

*Maiores nusquam ronchi, iuuenes-*

*que senesq;*

*Et pueri nasum rhinocerotis habent.*

Sacræ literæ per cornu rhinocerotis robur inuictum significant: hoc v. 17. de Ioseph casto, CHRISTI figurâ; & de Deo vel Israël, Num. 22. 23. *Cuius fortitudo similis est rhinocerotis*: vbi Oleaster fatetur incertum esse **DR** significet unicornem, an rhinocerotem. Chaldaus exponit, fortitudo & celsitudo. Ferum animal est, etsi vasrum, nec patitur cicurari, vel subiugari. Ut docet sacræ Scriptura *Iob. 39. 10. Numquid alligabis rhinocerotem ad arandâ loro tuo: aut confringet glebas vallium post te? Numquid fiduciam habebis in magnâ fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi, quod sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?* Sed hæc suffecerint de hoc naricorni: de *unicorni* propriè dicto agemus ad Psalmos.

Cornu rhinocerotis pro fortitudine inuicta.

Oleaster.

Rhinoceros typus indomit.

I B I D E M.

A D A G. CXLV.

*Cornu ventilare.*

DE hostili vi, & victoriâ facilimâ dicit sacræ Scriptura *cornu ventilare*, ductâ metaphorâ à beluis cornutis, quæ iratæ solent res leues in altum iacere, & quasi dispergere, sicut tauri irritati olim pilas stramineas in astra iaciebant; non secus ac paleæ vélilabris sparguntur. Hoc loco de cornibus rhinocerotis ait; *In spis ventilabit gentes*. Eadem vox tribuitur aræ, *Ruth. 3. 2. aream hordei ventilat*: & hostium dispersioni, *Jerem. 15. 7. dispergam eos ventilabro in portis terre.* & *1. 2. Murrâ in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam. & demulentur terram eius*, cornibus, sicut ventilabro. 3. *Reg. 22. 11. Fecit*

Cornu ventilare.

quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea. & ait: Hac dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Psal. 43. 6. Inter inimicos nostros ventilabimus cornu. Ezech. 32. 2. Ventilabas cornu in fluminibus tuis. Item 34. 21. Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Vbi habes expressam vim metaphoræ. solent enim greges ab armento robustiore cornu peti, fugari, & dispergi. Cornu ventilare Hebraeis est נגגה Niggah, Græcis κεραιζειν, & de exercitu profligato ac palante etiam à profanis vsurpatur. Homerus *Iliad.* β. Vt solet ex sacris libris, τρωακην αιζε, Troas cornu ventilauit. Vbi notant scholiastæ, dictum à cornibus animalium pugnantium *Νοη των τοις κεραι μαχομινων ζων.* Zachar. 1. 19. & 21. Hac sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam: quod explicat; quæ leuauerunt cornu super terram Iudæ, ut disperderent eam. 1. Machab. 7. 46. & ventilabant eos cornibus. Sap. 5. vlt. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos. Græcè pro diuidet est διαμυσει. Vnde, nota nostrum uti solere voce diuidendi, pro voce ventilandi. Nam quod Eccli. 5. v. 11. dixit, Non ventiles te in omnem ventum. & Ierem. 49. 36. Ventilabo eos in omnes ventos: & rō erit gens, ad quam non perueniant profugi. *Elam.* hoc idem Dan. 11. 4. dixit, coneretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cali. & sic passim diuidere sumitur pro dispergere, ut Gen. 49. 7. *Thre.* 4. 16. Quia Hebræa radix שפג pro situ puncti, dispergere aut diuidere significat.

נגגה  
κεραι-  
ζειν.  
Homerus

Ventilare,  
dispergere,  
diuidere,  
eadē.

Diuidere  
pro di-  
spergere.

שפג

שפג pro situ puncti, dispergere aut diuidere significat.

EX CAP. XXXIII. VER.  
XXV.

ADAG.  
CXLVI.

Ferrum & æs calceamentum.

Ferrum  
& æs cal-  
ceamentū.

LXX. pro calceamento, ἰπιδιμα,  
ut noster. Sunt qui malint vertere *clausuram* seu habitationem, quia dicunt נחל nahal significare *claudere* seu *circūdare*: ut sensus sit, hanc tribum fortem fore ac munitam firmissimis vrbibus & castellis, æquè ac si ferro & ære clausa foret. Sic Oleaster: quod à Chaldæo accepit, qui habet; *fortis sicut ferrum, & sicut æs erit habitatio tua.* Quod nescio quàm probè conueniat cum topographicâ veritate. In aliis enim tribubus, ut Iudæ, Nephthalin, & Zabulon, munitiora oppida & castella fuisse patet ex Iosephi libris de bello Iudaico, & eius abbreviatore Hegeffippo.

Defensa  
nostra  
versio.  
I.  
Explicatio  
Oleasteri.  
Chaldæi.

Iosephus.

Hegesippus.

Alij vertunt, *ferrum & æs compes tuus.* hac sententiâ, copiam artis & ferri causam fore, ut hæc tribus domi suæ, quasi compedibus vincula resideat, nec ut cetera huc illuc negotiationis causâ discurrat. Subolet fictiuncula Iudaica, sed inepta: Scilicet omnes de hac tribu, Plautini sutores claudi fuerunt.

II.  
Explicatio.

Tertia expositio est, tantam ibi copiam artis & ferrifodinarum futuram ut nusquam pedem figere queant, quin æs aut ferrum calcent. egregia hyperbole, quæ placuit Antonio Fonseca: sed non quadrat nostræ versioni.

III.

Anton.  
Fonseca.

Quarta per *calceamentum* significari fines & terminos ipsius possessionis, cum dicitur Psal. 59. 10. *In Idumeam extendam calceamentum meum:* quod repetitur Psal. 107.

IV.

10. id